

quia talis est intentio Ministrorum Prouincialium concedentium, seu committentium ultra quam se non potest extendere guardianus, seu eius Commissarius quicunq; ab eo habens facultatem committendi.

¶ Tertio notandum est, q; Custodes qui prohibentur absoluere a casibus Ministro Prouinciali reseruatis sunt illi, qui immideate subsunt Ministro Prouinciali: non autem illi qui immideate Generali Ministro subiiciuntur. Nam iij omnimodam habent auctoritatem a Ministro generali inviroq; foro, ut patet ex eorum patentibus literis: de quo verbo Custos. §.

¶ Quarto aduertendum, q; licet praedictum Capitulum Generale dicat, quod si contingat Ministruum Prouinciale, vel generalem mori, vel ab officio amoueri commissio, aut auctoritas ab illis tradita penes illum cui facta fuerat, remaneat donec aliis similis Prelatus habeatur: non intelligitur ita restricte, quod statim quod cesseret, eo ipso q; sit aliis Superior. Nam ut supra dixi auctoritas a Ministro Prouinciali concessa non expirat interim quod ab alio specialiter reuocatur. Et Capitulum Gene-